

que qui prodierit, nullus cominemorari aut proferri queat.

Habet tamen schola haec et alios disciplina sua innutritos, doctrinae meritorumque laude insignes, quorum de numero post Christ. *Franciscum Paullinum*, rerum Isenacensium et scrutatorein et scriptorem diligenterissimum plura dicere nihil attinet, ut qui pignore quo quis certare audet, nullam esse aulam, nullam Germaniae urbem nobiliorem, sacra per Lutherum emendata profitentein, cui non viros publice utilissimos miserit <sup>a)</sup>). Atque in his quidem, ut fit alii aliis doctrinae praestantia clariores sunt. Quodsi autem Portensis schola, felix illa tot hominum doctissimorum mater, inter plures, quos emisit in primis *Graeuio* suo, saeculi quo vixit lumine splendidissimo gloriatur, et superbire meritissimo potest, quidni et nostrae fas sit *Casparis Barthii* nomine, quem sinu suo fuit doctrinaeque praceptoribus imbuit publice de se predicare? Nos igitur memoriam eius instaurare neque per se ingratum, neque a re, proxima hebdomade peragenda alienum esse putavimus; non ut omnia, quae ad virum eximium spectant enarrem, verum e multis ea tantum

a) In *Dissertatiuncula de Rectoribus scholae Isenensis*.